

Pont. Commissio Decretis Concilii Vat. II interpretandis
ACTA COMMISSIONUM

**PONTIFICIA COMMISSIO
DECRETIS CONCILII VATICANI II
INTERPRETANDIS**

Responsum ad propositum dubium

Patiens Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, proposito in plenario coetu quod sequitur dubium, respondentum esse censuerunt ut infra :

(De decreto ratificationis in causis matrimonialibus)

D. – Utrum in decreto de quo in Motu Proprio *Causas Matrimoniales*, VIII § 3 et IX § 1, simpliciter declarare sufficiat collegium decisionem primi gradus ratam habere, vel ad ordinarium examen secundi gradus causam admittere; an vero requiratur ut, ad instar sententiae, rationes in iure et in facto contineat decretum.

R. – *Negative ad primum, Affirmative ad secundum*, seu, attentis principiis generalibus processus canonici (cf. cc. 1840 § 3, 1874 § 4, 1875 C. I. C.) quibus per Litteras Apostolicas *Causas Matrimoniales*, Motu Proprio datas, die 28 martii 1971, non derogatur necnon momento decisionis secundae instantiae, a qua dari potest recursus ad superius Tribunal, rationes sive in iure sive in facto esse in eiusdem decreto saltem brevi seu sumario modo indicandas, sive agitur de rata habenda seu confirmanda sententia affirmativa praecedentis gradus, sive de admittenda causa ad ordinarium ulterioris gradus examen.

Ss. dominus noster paulus pp. VI in Audientia die 14 februarii 1974 infrascripto impertita supradictam decisionem ratam habuit, approbavit et publicari iussit.

PERICLES Card. FELICI, Praeses